

2. Marchio Misnensis contra fratrem car-
nalem suum arma ferens, volens eum
 de principatu suo ejicere. Prinde fra-
 ter requirens, Hermannum Thuringo-
 rum Lantgravium suppliciter adiit, pe-
 titur suo presidio sibi consulere, et ad
 suo auxilio non esset extraneus, fili-
 am suam se ducturum, adhuc in
 cunabulis existentem, fide promisit,
 prestitoque Sacramento et datis va-
 dibus confirmavit. Qui Hermannus
 continuo missis pacificis nunciis, ro-
 gavit marchionem, ut ab obsidione ca-
 stri fratris sui Wilsenfels benigne rece-
 deret, et si non faceret, ipsum^{que} in manu
 valida compellendum constanter asse-
 reret. Quapropter marchio obsidere ces-
 sarit, et se cum lantgravio pacifice
 super hoc locuturum promisit. Qui
 statuto die promissa totaliter muta-
 vit. Propter hoc lantgravius Herman-
 nus armata manu in Orientalem
 Saxoniam profectus est cum M. et DCCC.
 militibus, et omnibus Orientalibus timo-
 rem magnum incussit, et castra et civi-
 tates cepit usque Liptzigh, ubi marchio
 que pacis sunt flagitare cepit, et equo
 moderamine fratri hereditatem dare
 conatus est. || His temporibus fluvius Un-
 struth fuit totaliter exsiccatus, nec ali-
 qua aqua inveniebatur multis diebus.

Anno Domini M^{CC}^{XCV} archiep-
 piscopus

Wilsenfels

129.

Herman